



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

Parisiis, 1644

Epistola Caeciliani Ad Felicem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15072

Epiſtolæ quarum ſupra verbo, Concilium, meminimus.

EPISTOLA CÆCILIANI AD FELICEM.

*Cæcilianus parenti Felici ſalutem.*Extrat apud
Baron. ann.
314. num. 11

Cv m Ingentius collega meus Augentianum amicum ſuum conueniret, & inquisiſſet anno duouiratus mei an aliquæ scripturæ legis veſtræ ſecundum ſacram legem aduiftæ ſunt. * quam Galatius vnuſ ex lege veſtra publice epiftolas ſalutatorias de bafilicā protulerit. Opto te, pa-rens cariſſime, bene valere.

EPISTOLA CONSTANTINI AD
Probianum, qua petit Ingentium ad ſe transmitti.*Imperatores Caſares, Flauius Conſtantinus Maximus & Va-
lerius Licinius, ad Probianum proconsulem Africæ.*Extrat apud
August. e-
piſt. 68. &
Baron. ann.
314. nu. 30.

AELIANVS prædeceſſor tuus merito, dum vir perfe-
ctiſſimus Verus vicarius præfectorum tunc per Afri-
cam veſtram incommoda valetudine teneretur, eiusdem
partibus functus, inter cetera etiam id negotium, vel in-
uidiam, quæ de Cæciliiano Epifcopo Eccleſiæ Catholicæ
videtur eſſe commota, ad examen ſuum atque iuſſionem
credidit eſſe reuocandam. Etenim cum iam Superium
centurionem, & Cæciliandum magiſtratum Aptungitanorum,
& Saturninum excuratorem, & Calibium Iuniorem
eiusdem ciuitatis curatorem, atque Solonem feruum
publicum ſupraſcriptæ ciuitatis praefentes eſſe feciſſet, au-
dientiam præbuit competentem: adeo ut cum Cæciliiano
fuifſet obiectum, quod a Felice eidem Epifcopatus vi-
deretur eſſe delatus, cui diuinarum ſcripturarum pro-
ditio atque exuſtio videretur obiecta; innocentem de eo
Felicem fuiffe conſtituerit. Denique cum Maximus Vi-
gentium *, decurionem Ziquensium ciuitatis, epiftolam * Ingen-
tium
Cæciliiani ex diuino iure falſafe contendedet: eumdem
ipſum Vigentium ſuſpensum actis quæ ſuberant perui-
dimus, & ideo minime tortum, quod ſe decurionem Zi-
quensium ciuitatis affeuerauerit. Vnde volumus, vt
eumdem ipſum Vigentium ſub idonea prosecutione ad
comitatū meum Constantini Auguſti mittas; vt illis